

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Paul Tarnow Nikolaus Croll

Dissertatio De Clavibus Regni Coelorum, Solvente Et Ligante, Earumque Usu Legitimo: illius quidem in absolutione privata, huius vero in suspensione a Coena, & excommunicatione ab Ecclesia : De cuius thesibus

Rostochii: Rostochii: Pedanus: Hallervordius, 1617

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737582944>

Druck Freier  Zugang



Pat. : M. Crollius
P. Tarnovius fa
R. U. theol. 1617

Dissertatio
DE
CLAVIBUS REGNI
COELORUM, SOLVENTE
ET LIGANTE, EARUMQUE USU LE-
gitimo: illius quidem in absolutione privata, hujus
verò in suspensione à Cœna, & excommu-
nicatione ab Ecclesia.

De cuius thesibus
AUXILIANTE DEO TRINUNO
SUB PRÆSIDIO
PAULI TARNOVII,
S. S. Theologiæ D. & Professoris,
Respondebit
M. NICOLAUS CROLLIUS
Hamburgensis.

In majori Auditorio, pridie non. Ianuarij.

16(1)90



R O S T O C H I I

TYPIS JOACHIMI PEDANI, Prostat apud Joh. Hallerf.
Anno M. DC. XVII.





Mnes homines naturâ peccatores & filij ire sunt
Gal. 2. 15. cap. 3. v. 22. Eph. 2. v. 3. ideoq; male-
dicti & regno Dei exclusi, Gal. 3. v. 10. Idem
verò ex mera Dei gratia, Eph. 2. v. 5. & 8. ad
participationem & consortium regni cœlestis in-
vitatur, Matth. 22. v. 2. & seqq. c. 28. v. 19. 20.
& pœnitentes intromitti, impenitentes excludi jübentur, ibid.
c. 16. v. 19. o. 18. v. 18. Hujus potestatis, qua data esti toti ecclesia,
& quam ipsa exercet per ministros suos, Dei cooperarios, usus
exercetur cum publicè & communiter erga multos, tum priva-
tim & singulariter erga unum aut paucos. de priori hoc loco non
est nobis constitutum agere, sed de posteriori, quatenus ea potestas
exerceri solet aut debet in absolutione confitentium dignorum cœ-
nia & conviviarum privata, & indignorum sive suspensione à Cœ-
nia, sive exclusione ab ecclesia. De clave igitur solvente tria
proponemus problemata: 1. An confessio peccatorum
privata, quæ auricularis vocatur, sit in ecclesia toleranda,
nec ne? 2. Quæ sit vera & recta confitendi absolvendi
ratio? 3. Quodnam sit officium verè & rectè con-
fessuri, aut confitenti absolutionem annunciauri? De
clave ligante totidem: 1. An, præter publicam & gene-
ralem ligationem, etiam privatim & speciatim contra sin-
gulos peccatores impenitentes clave ligante utendum sit?
2. Nunquid clavis ligantis usus, prælertim quod ad ex-
communicationem, hodie restitui possit? 3. Quomodo
legitime usurpari debeat?

A 2

I. DE

I. DE CLAVE SOLVENTE.

THESSIS I.

I. **Q** An confessio peccatorum privata, quæ auricularis vocatur, sit in ecclesia toleranda, nec ne? R. Nos affirmamus: Calviniani pleriq; negant, inter quos præcipue eam oppugnauit Amandus Polanus, parte prima sylloge thesum; disp. 10. thesi 20. & seqq.

2. Confessio auricularis in nostris ecclesijs usitata, quid sit, & quomodo differat ab ea, qua apud Pontificios in usu est, cognoscere licet ex T. 6. lenensi germ. D. Lutheri, fol. 114. b. in admonitione ad Francofurenses ad Mænum, ut caveant sibi à doctrina & doctoribus Zwinglianis: ex corpore doctrinæ Dr. Philippi, in apologia, pag. 138. & 153. & in L. C. pag. 541. ex D. Chemnitio parte secunda examini Tridensti Concilij, pag. 195. in felio: ex Catechesi Dr. Preceptoris, D. Chytræi, in loco de Pœnitentia: in d. ex ipso antagonista; D. Polano, thesi 20. & seqq. De ea queritur, An sit toleranda in Ecclesia; quod contra nos affirmantes non solum negat D. Polanus, sed etiam thesi 29. afferit, rem non esse necessariam.

3. Cujus argumenta pro posteriori membro antequam examinemus, opus est explicari homonymiam in ea latentem. Necessarium enim est & dicitur aliquid in actionibus ecclesiasticis vel propter mandatum divinum, vel propter institutum humanum. posteriori modo confessionem auricularem dicimus esse necessariam, non priori: & proinde, quisquis adulterum in ecclesia vivit, ubi confessionis auricularis ritus ordinatus est, & ab alijs observatur, ipse vero eundem negligit, à graviter pessat, partim contentu auctoritatis ecclesiastice, & ordinis bene constituti, partim scandalo, quod præbet infirmis.

4. Argumenta nostræ sententiæ, pro necessitate non simplici, sed secundum quid, que respicit constitutionem factam ex consideratione utilitatum, vide apud Lutherum T. 6. germ. Ien. ibidem, ubi supr.: Philippum in L. C. pag. 542, corporis doctrinæ: Chemnitium, Chytræum in Catechesi, locis paulo ante allegatis: ubi tam evidentes ejus reminenda in ecclesijs utilitates ressentiantur, ut ipsi adversarij earum causa hinc morem confitendi & colloquendi privatim cum pastore improbare nequeant. vide Calvinum epist. 51. Beza epist. 20. Perkinsium lib. 1. de casibus conscientie pag. 5. Hemmingium in Pastore, pag. 168. Zepperum lib. 4. de sacramentis pag. 797. & seq. ino ipsius Polanum, qui thesi 25. & seqq. usq; ad 28. Waldensium, nostræ per omnia fini-

similem, sed libera m, commendat, atq; ita rem ipsam probat, adjuncta quedam, nempe necessitatem, numerationem confitentium, & persolutionem pecunie ab ijs, qui absolvuntur, tantum improbat, in quo quam bene sibi constet, argumenta ipsius, quæ contra eam, paulo post recensenda, adfert, demonstrabunt.

5. Argumenta Polani sunt duplia: alijs enim nititur ostendere, Confessionem, qualis est in nostris ecclesijs usitata, non esse necessariam. (Similem vero, quæ est apud Waldenses vel Pitardos in uso, sed libera, commendat: & talēm esse ait, quam Angustana confessio requirit: in quo ipsi Luthero & Philippo, eorumq; discipulis luculentam injuriam infert, quasi aliam & diversam ab ea, quæ ibi prescripta est, servarint, & adhuc servent. Contrarium liquet ex D. Luthero, sive ex articulis Sm. de addicis part. 3. artic. 9. de confess. T. 6. germ. lenensi, fol. 116. T. 7. fol. 349. ex Philippo, L. C. pag. 542. ex artis Ratisbonensib. à Bucero editis, H. 5. attribuitq; duo illi quasi propria: unum, quod in ea numerentur confessi eo fine, ne plures hostiae consercentur, quam fuerint confessi: quem morem tamen, præter alia, defendere quis non ineptè posset ex ijs, quæ de ritibus agni Paschalis à Beza commemorantur ad c. 25. Matth. ad vers. 20. alterum, quod in ea absolutio pecunia sit denali: de qua criminazione in argumentos. & 6. posterioris ordinis) alijs vero argumentū probare conatur, eam non esse tolerandam.

6. Priora, quæ sunt septem, ex dictis facile dijudicari possunt. 1. enim concedimus, confessionem non esse mandatam à Deo. 2. nullum ejus in scriptura existare exemplum. 3. esse episcoporum sive ecclesiæ institutum. 4. usum ejus fuisse per multos annos in ecclesia liberum. 6. eam fuisse propter intervenientes ab usu in ecclesijs orientalibus neglectam, & in Constantinopolitana abrogatam. 7. nego hodie in omnibus reformatis ecclesijs, inter quas Argentinensem habemus, observari.

7. Quod autem quinto arguento ait, fuisse à Papa Innocentio III. in Concilio Lateranensi eam, quæ in nostris ecclesijs retinetur, præceptam, A. C. 1215. id male consentire cum dictis in arg. 3. 4. & 6. & redargui in thesi 21. & seqq. existimamus: ex quibus constat, Pontificiam illam cum nostra nihil, præter nomen & externam speciem, commune habere. (Calvinus in secunda defens. contra Westphalum, fol. 787. opusc. theol. privatae absolutionis originem non alibi quam in fædis Papæ Iacunis inventi ait. Mox tamen ibidem subiicit, se ejus usum alibi commendasse. Zanchius in expl. quarti præcepti fol. 691. Confessionem privatam, quæ consolationis & absolutionis privatae gratia instituitur,

si p̄is, sed privatis hominibus, ortum habere afferit, idq; ex Cy-
priani serm. 5. de lapsis colligit. Concilia.)

8. Quod autem Palatini in confessione ecclesiarum reformatarum in Ger-
mania, ut vocant, nobis objiciunt (pag. 434.) Lutheri verba de libertate con-
fessionis privata, que nullū legib⁹ extorta esse debeat: (T. 5. Ien. fol. 20. a.
art. 11.) & repeatit eadem contra nos Parvus in Irenico c. 48. pag. 275. eo nostra
assertioni nihil incommodant. & sue nequicquam consulunt: id quod immediate
sequentia demonstrant. Lutherus enim non minus vult extortam legibus con-
fessionem (qualis erat in Papatu, sancta ab Innocentio III.) quam baptismum,
sacramentum cœnæ & Evangelium: ut ipse loquitur, hoc est, requirit populum
spontaneum, Psal. 110. v. 3. Mox ibidem eam commendat ab utilitatibus, quas
percipient perturbatæ & mœstæ conscientiæ ex absolutione. (Vide eundem
T. 6. fol. 114. b.)

9. Posteriora sunt 15. Primum: Coniuncta est confessio auricularis cum
opinione cultus Dei, si non apud omnes, certe apud plerosq; omnes. R. ex particu-
lari & ex accidenti nil sequitur. crudiorum quorundam ille error rei bona non
magis potest imputari, quam doctrinæ & prædicationi Christi ignorantia discipu-
lorum ejus, terrenum regem & regnum sibi fingenium. Matth. 20. v. 20. & seqq.

10. Secundum: Coniuncta est cum opinione necessitatis ad salutem.
R. est idem elenches ex accidenti & ex particulari. Nostra sententia quæ sit de
ejus necessitate, patet partim ex dictis sup. in expl. status, partim ex simili con-
troversia de necessitate bonorum operum.

11. Tertium: Majorem peccandi confidentiam aut licentiam introducit:
nam plurimi audacieores sunt ad peccandum, dum ita confessione facta sacerdo-
ti putant se sarcina sua exonerari & judicium Dei effugere posse. R. est idem
error, male omnibus & rei ipsi per se tribuitur, quod est paucorum & quidem
per accidens.

12. Quartum: Ad falsum finem refertur, ut videlicet propter eam re-
missio peccatorum à Deo impetretur. id sit in primis ab illis, ex quorum cordibus
nondum extirpata est opinio de opere operato. R. per invers. opinio igitur ho-
rum paucorum per versa est causa istius erroris, non confessio auricularis.

13. Quintum: Ad superstitionem finem usurpat: ne videlicet plures
hostie consecrarent, quam fuerint confisi. R. per dist. finium: primarium esse
eiq; superstitionem inesse negamus: cum ciura superstitionem boni ordinis & deco-
ri obseruandi, & vitandi insiniorum scandali causa sit institutum: de secunda-
rio largimur: quamvis rectius accidens quoddam vel adjunctum nominari posse.

14. Sex-

14. *Sextum: Coniuncta est ipsi venalio absolutio, quasi reimissio peccatorum pecuniam emi posset. R. est fallacia finis, quia gratitudinē causa erga ministerium dantur, calumniosē ad Simoniam rapiuntur.*

15. Septimum: Per eam stabilitur Simonia & ~~ad eove~~^{ad eove} sacerdotum, nam multi ministrorum captant, ut quam plurimos, maxime ditiones, ad se allicit; sibiq^z devinciant, ut tanto plus lucri ex audiendis confessionibus ipsorum consequantur. R. eadem fall. ex particulari & ex accidenti, que in prioribus non enim omnes id faciunt, nec causa est confessionis privatae audie~~re~~ institutum, sed ~~ad eove~~^{ad eove} quorundam.

16. Octavum: Per eam introditur *węzowimλyjca*, aliena à fide Christiana, Iacob. 2. v. 1. & seqq. dum pauper confessionem facere volens, diu sepe expectans, diutius expectare cogitur, donec aliorum, ampliori prelio absolutionem redimerentur, confessiones prius sunt auditæ quin confessionarij quidam, prateritis & neglectis pauperibus, ante ipsosstantibus, dicitores signo manu dato ad se accersunt, ut quam primum illos absolvant & dimittant. R. est eadem fallacia. Confessioni tanquam cause tribuitur, quod est ex ministerium quorundam moribus.

17. Nonum: Per eam introducitur inuidia & dissensio inter ipsos ministros, quorum aliis alij maiorem conscientium, præserrim divitum, numerum inuidet, hinc calumniae, hinc obrectationes, maximè cum personæ aliquot diuitiores priore suo Confessionario relicto, alium sibi delegerunt. R. elenchus idem accidentis, qui anteā.

18. Decimum: Per eam male consulitur etiam ipsis consitentibus. nam
ministrorum quidam adeo sunt morosi & impleti invidentia & odio, ut eos, qui
alio Confessionario utuntur, sape consilio & solatio juvare nolint, sed ad Con-
fessionarium ipsorum ablegent. Quid, inquit, nubi tecum est rei? abeas ad
tuum Confessionarium. R. negatur per confessionem tanquam caussam fieri,
quod oritur ex morositate, invidentia & odio quorundam hominum. quorum
singularia vicia male singuntur communia roti ordinis.

19. Undecimum: Per eam augetur audacia & insolentia eorum minorum, qui Diotrephes ingenio sunt prædicti: qui gravissimos doctissimosq; viros & se malo meliores, ob levem in doctrina, vel alia quapiam re, dissensionis occasione confessionis, impudentè constringunt; exigitant & excruciant: quosdam etiam ab usu Cœnæ Dominicæ arroganter excludunt & summovent. R: negotiar esse audacia & insolentia, si minister dissentientes in doctrina Chri-
stiane

stianis articulis, quales sunt Calviniani, tempore confessionis admoneat, dociles erudiat, indociles ab uso Cœna Dominicæ submo veat. Quod autem non est, id nec augeri potest. Illa, quæ tribuitur nostris in dijudicatione conviviarum cœnae Dominicæ, audacia non est, sed potius fidelitas in officio. E. nec augeri potest. Minorem probamus ita: Eum reycere, qui non potest ipse accedere ad Cœnam dissimulata sua confessione, & quem pastor, eadem non dissimulata, citra scandalum admittere nequit, est fidelitas ministri indu ante unicuique aberranti, quid ei sit perniciosem futurum. Ezech. 3. v. 2. & seqq. (vide etiam Luth. T. 4. lat. Jen. fol. 180. T. 6. germ. Jen. fol. 114. a. & 115. a.) Sacramentarij non possunt dissimulata sua confessione accedere ad cœnam, (ut Zacharias Ursinus in secunda parte exercit. theol. pag. 835. docet; cui consentit Calu. epist. 292. Zanchius lib. 1. epist. pag. 233. Martyr T. 3. L. C. in Epistola ad Anglicanam ecclesiam, in qua multis argumentis probare conatur, non esse Calvinianorum liberos in ecclesijs Lutheranorum baptizandos: cuius argumenta pleraque omnia etiam huic congruunt,) nec citra scandalum à pastore admitti, ut apud nos est extra dubium, & potest id ipsum ex secunda conditione Ursini, pag. 836. restè colligi; que est, quod communio non debet esse tanquam symbolum approbationis false, & improbationis veræ doctrine. E. eosdem reycere est fidelitas ministri, non vero audacia aut insolentia Diotrepica.

20. Duodecimum: In ea confessione administranda ministri, præseriunt novitij experientia spirituali carentes, & in schola crucis Christi nunquam versati, frequenter non tuerentur personam, ut vel laborantes conscientie vulnere recte & solide solari nequeant, vel arcana sibi commissa in privata confessione per imprudentiam vel potius garrulitatem, effutiant, & confitentibus periculum creant. R. idem elenches ex particulari & ex accidenti, qui supra aliquoties occurrit.

21. Decimum tertium: Per eam etiam stabilitur falsa opinio plurimorum, qui putant, vivis tristum sua absolutione re ipsa conferre remissionem peccatorum: cum collatio absolutionis à peccato sit solus Dei propria, ministri autem sit beneficij illius divini annuntiatio & testificatio. R. Negatur esse falsa opinio statuens ministrum re ipsa conferre remissionem peccatorum ministerialiter, ex concessione divina, cuius autoritatem & potestatem habet solus Deus principaliter, Matth. 9. v. 8. c. 18. v. 18. Ioh. 20. v. 23.

22. Decimum quartum: Per eam etiam confitentibus sapientiis vulnus & trepidatio conscientie magis augetur, nam quod ægrotum accidit, ue-

cum

cum in manus imperii medici inciderunt, magis sibi metuant: ita isti imperium animi medicum nocte magis conturbantur, quam ut solatio erigantur.
R. eadem fall. accidentis & ex particulari. In concionibus non minus peccatur ab imperio: nec tamen ipse propterea abrogandæ, quod quorundam, sive per imperium, sive per odium aliove affectus, sint intolerandæ.

23. Decimum quintum: Si necessariò retinendam isti censem, cur non gratis audiunt & consolantur confitentes? R. primò committitur ignoratio elenchi, quia non concluditur propositum, sive quod est in questione, nempe, confessionem privatam esse intolerandam. deinde laborat hæc assertio vel falso presupposito, quod gratis sit præstandum, quicquid in ministerio necessariò retinendum & faciendum est: contra sententiam Christi, Matth. 10. v. 10. Luc. 10. v. 7. & Apostoli, 1. Cor. 9. v. 7. & seqq. Gal. 6. v. 6. 1. Tim. 5. v. 17. 18. vel petitione principij, quasi, cum reliquas partes ministerij non necesse sit gratis administrari, hæc una eam necessitatem habeat.

24. Hæc de argumentis Polani: quod autem thesi 3r. & ultima pro clausula addit: Si quis retinendam censeat, ut probatio eorum, qui accessuri sunt ad mensam Domini, fiat, ei primò cum Apostolo respondeo, Probet quisq; seipsum, & ita de pane illo edat, & de poculo illo bibat, 1. Cor. 11. 28. Deinde, quam nimis frequenter evenit, ut isti, qui alias probare præsumunt, seipso minime probent! R. ad prius, negando consequentiam, non enim sequitur, si dicas, unusquisq; seipsum probare debet: E. pastor non debet quenquam probare: quin potius contrarium verum est, quod & unusquisq; seipsum probare, & pastor probatum examinare debet, an rectè se probavit: quia ut illius est videre, ne indigne accedit, ita hujus, ne indigne accedere volentem admittat, ut qui vigilat pro anima uniuscujusq;, tanquam Deo rationem redditurus, Heb. 13. v. 17. & intentus in id esse debet, ne sacram canibus detur, aut margarita porcis, Matth. 7. v. 6. (vide Polanum l. 6. syntag. theolog. cap. 56. Calvini epist. 374. Beza epist. 20. pag. 126. item de presbyt. & excommunicatione pag. 32. Bucerum de reformatione ecclesiæ, in appendice actor. in comit. Ratisp. aa. 8. a. Tossanum in 1. Cor. 11. pag. 106. thesi 82. Hemmingij past. p. 166. & seq. item p. 168. Bucannm in loco 48. quest. 133. & 134. qui tamen male secum consentire videtur loco 30. q. 30.) R. 2. ad posterius negando consequentiam, quæ iterum per fallaciam accidentis ascribit rei bonæ, quod est in quorundam hominum vniu: & sumit quasi concessum, eos non posse probare alijs, qui se non probant.

B

25. II. Q.

25. H. Q. Quæ est vera & recta confitendi absolvendiq; ratio? R. Ratio confitendi & absolvendi quenam sit, ut possimus
as ē τὸ τῷ καὶ ταχυλῶς describere, contemplabimur eam secundum
praxin ecclesiarum nostrarum, & duas ejus partes deprehendemus: una est ex-
trinseca rei & accidentalis, nempe proœmium, quo confessurus petit suorum pec-
catorum confessionem audiri, sibiq; eorum remissionem annunciari: & minister
ecclæsie, quod petitur, se facturum promittit: altera intrinseca & substantialis
in quā partim confitens coram Deo ejusq; ministro expressa voce profitetur, se
esse peccatorem, reum iræ Dei & æterne damnationis, & dolere vero corde,
quod Deum offendit: & petit vocem absolutionis sibi à ministro Christi an-
nuntiati: partim minister Evangelij peccatorem agentem paenitentiam & pe-
tentem veniam à peccati, ira Dei & æterna condemnatione in celo solutum &
liberum esse testatur. (vide Chytræ Catechesin in loco de pœni-
tentiâ.)

26. In hoc actu cùm alij revera faciant quod tenentur, alij tantum videan-
tur idem facere; merito queritur, quæ sit vera & recta utriusq; actus le-
gitimè peragendi ratio, hanc ut explicare commodius possumus, de un-
quaq; seorsim agendum erit.

27. De confessione igitur ut primū dicamus, prætermisso controver-
siss, (quarum tamen alteram, quæ est de posteriori parte, in prima parte expe-
divimus, alias de eadem per occasionem breviter in extensi: alteram, de priore
quæ olim fuit, ex Lub. T. 6. lenensi Germanico fol. 116. b. qui volent, cognos-
se poterunt,) sciendum est, eam bifariam considerari: 1. respectu cordis, in
quo formari debet: 2. respectu oris, quo enunciari solet: cordis affectus ut si
rectus & Deo placens, conformari eum necesse est verbo, sicut oris sermo, ut si
verus & ab hypocrisi purus, affectui cordis respondere debet.

28. Vera proinde & recta confessio est, quæ, quod ex externo oru actu indicat
id interno cordis affectu semit, nempe dolorem de peccati agniti, eorumq; rea-
tu, & fiduciam de remissione peccatorum propter Christum: cui conjuncta est
promptitudo & seruum studium obediendi Deo in omnibus ejus mandatis.

29. De absolutione secundo loco ut pauis agamus, statuimus eam esse
veram, quod ad effectum potestatu ministerialis divinitus concessæ pastoribus
sive Confessionarij, quæ recta est secundum modum agendi in ea, pro varietate
objectorum sive conscientium diversum. aliter enim cum rudibus & imperitis,
aliter cum periti doctrina Christiana, sed pietate vacuis hypocritis, aliter cum
pijs interdum securioribus & in cursu pieatis languescentibus, aliter cum seduli
Gimp-

Vimpigris; sed de adherente infirmitate iustè plus sollicitus: aliter cum errantibus
in fide, aliter cum delinquentibus in vita, aliter cum tentatis, afflictis, &c. est
egendum: qua de re plenius & explicatus agere alterius est loci, quemadmo-
dum etiam de alijs questionibus practicis ad eandem hanc doctrinam pertinenci-
bus, de quibus tamen inquirendi & colloquendi ansam ne praecidamus, in autem
ratio sub finem harum thessem nonnullas earum, quas frequentius agitari posse-
mus, breviter indicabimus,

30. **III.** Q. Quodnam est officium verè & rectè confessuri,
aut consitentि absolutionem sive remissionem peccatorum an-
nunciatur? R. Officium verè & rectè confessuri aut consitentि in ijs ver-
titur, quæ ad legitimam ejusdem præparationem, ipsumq; actum rectè præ-
standum necessaria sunt: in quibus cum nonnulla interdum interveniant, si-
ve ex errore & ignorantia, sive ex vulgari consuetudine, sive ex alijs causis,
quæ alterurum, aut utrumq; vitiant; de his non minus quam de illis dicen-
dum videtur.

31. Posterioris generis sunt, quæ abesse oportet, cum à præparatione: qualis
est sollicitudo & cura de singulū & omnibus peccatis mortalibus secundum cir-
cumstantias referendū, de contritionis quantitate & perfectione, de satisfactio-
ni fructu. & similibus, quæ Pontificiorum dogmatibus errore consentiunt: tum
ab ipso opere confessionis, quod non debet hypocriticè, lingue tantum præstari, sine
vero & serio cordis affectu: & à fine operantis sive consitentि, quem non oportet
ex illo, tanquam ex opere operato, sibi remissionem peccatorum polliceri, multò
minus maiorem sibi peccandi licentiam ex eodem sumere.

32. Prioris generis sunt, quæ adesse oportet, tanquam habitus actusq; paenitentium,
& consitunt partim in notitia doctrine Christianæ, partim in præ-
ejusdem. ut enim contritio, quæ est prior pars paenitentie (hujus autem inter-
pres est confessio) ex mediata Spiritus Sancti operatione oriri & foveri posse, in
cordibus consitentium, necesse est notam esse doctrinam de lege, sive decalogi
verba & sensum, & secundum eam doctrinam examen inservi, cum quod ad
originalem & habitualem nostram immunditatem, cum quod ad actualem cogita-
tionem, dictorum & factorum, idq; secundum vocationem communem omnium
Christianorum & singularem istijs ordinis, in quo quicq; viruit: consideratis in-
super comminationibus severis, de paenit temporalibus & aeternis singulorum,
etiam minutissimorum in judicio humano, peccatorum: quarum meditatio ut
ramq; efficacior sit ad securitatem carnalem profigandam, necessarium erit at-
tendere ad veritatem, justitiam & omnipotentiam Dei in exemplis illustribus

bistōria sacre declaratam, qui, nisi convertamur, minas suas etiam in nobis non finit esse vanas aut irritas.

33. Deinde, ut fides, p̄nitentiae pars posterior, excitari & ali, veraq; ad Deum ejusq; ministrum de peccatorum remissione petitio institui queat, opus est notam esse doctrinam de Evangelio ejusq; promissionibus proprijs, in symbolo, oratione Dominica, institutione bapt̄ismi & cœnæ summatim comprehensis, quarum vero intellectu & iugis meditatione accenditur & conservatur fides, eademq; confirmatur cum devota recordatione bapt̄ismi in infancia accepti, & fedēris gratiae in eodem cum Deo initi, cum crebro usu cœnæ Domini: & ostendit se fructibus p̄nitentiae dignis, qualis est cum primū vera Dei invocatio & gratiarum actio, & alia bona opera: quorum omnium norma in Decalogo est prescripta.

34. Officium confessionem audientis & absolutionem annunciantis, similiter describi potest recensione eorum, quæ in eo cum vitari, tunc præstari debent.

35. Prioris classis statuimus, defectus intolerabiles & pio studio corrigibiles, partim habituum, qui requiruntur in Confessionario, si suo muneri bene & legitime præesse velit: quales sunt, (ut de plurimis paucos attingamus) in mente ignorantia fundamentorum doctrinae Christianæ: judicij inopia in usu & applicatione ejusdem secundum diversitatem consitentium: in voluntate & cordis affectibus amor & odium privatum & similia: parvum actus ipsius, sive quod ad opus, z. g. quando illud more vulgari in omnibus & singulis formula quadam solenni, non servato consitentium discrimine, peragitur: aut ex malevolentia & odio privato, sub quoicunq; aut qualicunq; prætextu, quibus agre facere volunt, repelluntur, & à sacramenti usu suspendantur, vel ex benevolentia præposta, aliisque prævo affectu, quos erceri & quum erat, admittuntur sive in ejus fine, ut cum non salus hominum, sed privatum lucrum ex numero Confessionario sive ex remuneratione consitentium queritur, & idcirco neglecti pauperibus diores alliciuntur, favor amicorum, odiumve inimicorum in admittendo, arcendo & attendit.

36. Posterioris ordinis alia generalia & communia omnibus, alia specialia & peculiaria singulis consitentur possunt. Generalia ponimus duo: unum est, commonefactio præmittenda operi confessionis audienda, in qua vera & recta p̄nitendi ratio breviter & populariter delineata, & officium confiteri voluntum sit descriptum. Alterum, labor & sedulitas seorsim audiendi, examinandi singulos consitentes, non conjunctim multos, præsertim rudes seruos, ancillas, pueros s

pueros & puellas; aliosq; de plebe: quorum nomina etiam notari non inutile est,
addita temporis notatione, ut constitutum est in agendis Megapolensibus,
pag. 228. a.

37. Specialia & peculiaria sunt; que variari necesse est pro diversitate con-
scientium. alijs enim verè & rectè conscientur, non tanum externo actu & lin-
guæ, de suo dolore & contritione, concepta ex consideratione legali sue labis origi-
nalib; & contaminationis actualis, reatuq; iræ Dei & pœnarum cum tempora-
lium rum æternarum, & de fiducia remissionis peccatorum à Deo consequendæ,
concepta ex promissionibus Evangelicis: quam petitione: absolutioni & promis-
sione novæ obedientia declarant: sed etiam internu illi motibus seru doloris &
fidei verè prædicti: alijs autem falso idem faciunt extrinsecus sermone, intrinse-
cus omni pio affectu carentes.

38. Priores, si de eorum theoria Christianæ doctrinæ notitia & praxi in
vera pœnitentia constat, solenni quadam formula, in qua doctrina de pœnitentia,
ejusq; partibus eruditè & breviter comprehensa sit, addita admonitione de
fructu, qui consistit in nova obedientia, interna & externa, absolvit poterunt.
Posteriorum tractandorum dissimilis est ratio: cum enim horum quidam labo-
rent ignorantia, aut etiam errore, eaq; vel fidei vel consilij ad vitam Christianam
rectè instituendam pertinentis, quidam malitia, eaq; vel aperta, vel oc-
cultæ: primi quidem erudiendi erunt tantisper, donec capita doctrinæ Christianæ
teneant, intelligent, & in exercitio vera pœnitentia ad usum transference
discant.

39. Secundi similiter docendi sunt, ysq; errores & dubitationes periculoſe
ex verbo Dei ut eximantur, & salutaribus consilijs instruantur, opera danda est:
in qua institutione si se dociles præbeant, ad cœnam admittendi: sin minus, ar-
cendi erunt.

40. Terru voce legis de ira Dei adversus peccata, de pœnis temporalibus &
æternis; quarum veritas non solum in comminationibus divinis luculenter
proposita, sed etiam in exemplis illustribus evidenter est conspicua, terrendi: qua-
si non permoveantur, sed persistant in sua impietate & injustitia, ad tempus li-
gandi, & ab usu Cœnæ Dominice suspendendi erunt.

41. Postremi, (inter quos numeramus securos, odium & vindictam erga
proximum retinentes & regentes, ut plerumq; solent offensi ab alijs, aut in ju-
dicio contendentes, & similes) non uno & eodem modo tractari possunt, sed di-
verso, eaq; accommodato ad tollendum, quo singuli præcipue laborant, malum.

42. Securi primum interrogandi erunt de caufa suæ securitatis & profani-

tatis : deinde edocendi de ejusdem cum Christianismo pugnanti natura & condicione, proposita legi doctrina & exhibito juxta eam examine, quod ad vocationem communem & singularem: subjuncta itidem consideratione paenitentium, quas legis sue transgressoribus denunciavit, & impenitentibus inflixit Deus: deniq; ad veram paenitentiam agendum incitandi; cui abdicatione qui dociles obtemperant, absolvendi; qui indociles, repugnare, ad temporis ligandi.

43. Offensi can offendientibus reconciliuntur, memores pracepti Salvatoris Matth. 5. v. 23. 24. c. 6. v. 18. c. 18. v. 21. & seqq. quod si alterutra pars morosam & difficultem se praebet, nec reconciliationi locum concedit, id alteri neq; potest neg. debet obstat: sed placabilis absolvatur, implacabilis ligetur, & ab usu cœnae, donec facilem se ad condonandum offerat, arceatur.

44. Contendentes in iudicio interrogentur partim de causa sua, ejusq; defendenda & obtinenda modo legitimo, an nimis salva conscientia affr. mare queant, se scire & statuere, quod bonam foveant causam, & velint eandem in iudicio, vitium omnibus judicum corruptelis, legitime persequi: partim de affectu suo erga adversarium, an sine ulla acerbitate, odio, vindicta cupiditate processum persequi, & iudicij sententiam causæq; eventum expectare velint: ad que si affirmative respondeant, & absolutione petita impetrataq; ad communionem admitti cupiant, poterunt voti sui complices fieri: sin negative, de certa condemnatione omnibus impenitentibus per comminationem divinam denunciata admonentur, & ad placabilitatem incitentur: nisi admonitioni si locum dare nolint, abstinere ab usu cœnae, donec resipiscant, jubeantur.

45. Atq; hæc & similia, quæ singula certi canonibus propter infinitam causum varietatem sese offerentem in dubitationum, tentationumve innumerarum copia, includi nequeunt, attendere & observare ante convenit, quam ad absolucionem in hisce posterioribus consenserib; descendatur.

46. Materia ejus & argumentum unicè desumendum est ex sententijs Evangelicis, quæ partim promissionibus, partim exemplis in sacra scriptura proposita & explicata continentur, & communiter ad omnes verè paenitentes pertinent: quibus singulares & proprie in peculiaribus temptationibus aut morsibus conscientiae ex certis peccatorum speciebus addenda sunt.

47. Forma autem & modus semper sit conditionalis. quia enim solù verè paenitentibus tantum impetriri potest & debet absolutione: quinam autem sint vere pa-

re pénitentes, soli Dō cordium scrutatori certō constat; de quo minister ecclē-
sie tantum probabilitē ex dictis & factū conscientium colligit; ideoq; non nisi
conditionaliter formari intelligi, absolutio privata & peculiaris potest, quemad-
modum etiam in communi & publica concione nemini nisi verē credenti re-
missio peccatorum annunciatur & impertitur.

48. *Fructus deniq; verae pénitentiae alij ad communem omnium Christiano-
rum, alij ad singularem cuiwq; vocationem & ordinem, in quo singuli degi-
mis, pertinent: quo circā etiam de utriusq; generis proferendū conscientes ab-
solvendosq; admoneri opus est: in primis vero de ijs, in quorum studio negligen-
tiores deprehenduntur.*

II. DE CLAVE LIGANTE.

THESES. I.

I. **Q.** An præter publicam & generalem omnibus imponen-
tentibus peccatorib; ligationem sive retentionem pec-
catorum, denunciata m̄ è suggesto, idq; vel in concione, vel posse
eam in communi absolutionis & retentionis formula, etiam
privatum & speciatim contra singulos clavē ligante utendum
sit? R. Nos affirmamus: negarunt ex Calvinianis quidam simpliciter, quo-
rum dux fuit Thomas Erasmus, professione quidem medicus, sed qui egregiam
operam ad ecclesia Palatinæ instaurationem navavit, teste Beza in prefatione
sui tractatus de vera excommunicatione & Christiano presbyterio: (Verba
Erasii referente Beza sunt hæc: Excommunicationem & ecclē-
siasticum presbyterium, commentum esse pure humatum, san-
ctis scripturis & toti Israēliticae Christianæ puræ Ecclesiæ inau-
ditum, meram tyrannidem, quam regnandi cupiditas aduersus
magistratum in ecclesiam invexerit: non aliad esse deniq; quam
Deum illum Maozim, quem Daniel prædixerit. Confer lib. I.
epist. Zanchij, pag. 164. & seq.) alij secundum quid, afferentes clavis
ligantis usum in suspensione à sacramentis & in excommunicatione negare esse ne-
cessarium in ecclesia, cum habeat magistratum Christianum, neq; utilē, sive
quod facile degenerare possit in tyrannidem Pontificiam, sive quod non omni-
bus ecclesijs paruer conveniat, ut de Bullinger, Chaltero, & VVolffgango
Musculo ibidem Beza proficeret.

2. Clavis

72. Clavis ligans quid sit, constat partim ex opposito, nōmpe clavis sol-
vente, partim ex synonymis, quae sunt potestas retinendi peccata, denunciandi
iram Dei & pœnas, cum temporales, tum aeternas, impénitentibus. Similiter
constare putamus, quibus gradibus hæc potestas exerceri soleat aduersus impén-
tentes publicè notos, nimirum suspensione à sacramentis, & excommunicatione.
De his igitur queritur: An hujus vel illius, vel etiam utriusq; usus
sit hodie licitus, imò necessarius & utilis?

3. Argumenta pro nostra sententia afferimus triplicia: testi-
monia scripturæ: exempla ex eadem & ex historia ecclesiastica;
deniq; rationem. Testimonia scripturæ sint hæc: Gen. 17. v. 14. Ex-
scindetur anima illa ex populis suis. Exod. 12. v. 15. Quisquis ederit fermentatum,
à die illorum primo usq; ad diem septimum, uiq; exscindetur anima illa ex
Izraële. ibid. v. 48. Nullus præputiatus vestitor illo. Num. 9. v. 13. Vir ille, qui
est mundus, aut in itinere non est, si desierit celebrare Pascha, omnino exscindi-
tor anima illa è populis suis. Deut. cap. 27. v. 15. & seqq. Pronunciabunt Levi-
tæ, dicentq; ad omnes viros Izraël excelsa voce: Maledictus homo, qui facit
sculptile & conflatile, abominationem Domini, opus manuum artificum, po-
nitq; illud in abscondito, & respondebit omnis populus, Amen. Matth. 7. v. 6. Ne
date sanctum canibus, nec projicite margaritas porci. cap. 18. v. 17. 18. Si ne-
glexerit audire ecclesiam, sit tibi velut ethnicus quispiam, & publicanus. Amen
dico vobis, quecumq; ligaveritis in terra, erunt ligata in celo. Ioh. 20. v. 23.
Quocunq; retinueritis peccata, retentæ sunt. 1. Cor. 5. v. 3. & seqq. Ego
absens corpore, præsens autem spiritu, jam ut præsens judicavi, ut u, qui hoc ita
perpetravit, vobis & meo spiritu in nomine Domini nostri Iesu Christi congrega-
tus, cum potestate Domini nostri Iesu Christi, ejusmodi homo tradatur Satana,
ad interitum carnū, ut spiritus salvis sit in die illo Domini Iesu. Ibidem v. 9.
& seqq. Scripti vobis in epistola, ne commisceamini cum scismaticis. At non
omnino cum scismaticis mundi hujus, aut cum avaris, aut cum rapacibus, aut
cum idololatriis aliqui de hereti c mundo exire. Nunc autem scripti nobis, ne
commisceamini, (id est) si quis cum frater nominatur, sit scismaticus, aut avari-
us, aut idololatria, aut convivator, aut ebriosus, aut rapax; cum ejusmodi ne
edatis quidem. Ibidem c. 16. v. 22. Si quis non amat Dominum nostrum Iesum
Christum, sic anathema maranatha. 2. Thess. 3. v. 14. Si quis non auscultat no-
stro per epistolam sermoni, hanc notate, & ne commercium habete cum eo, ut
eum pudcat.

4. Exempla, quæ quomodo ad institutum nostrum pertineant, partim ex
Rom. 15.

*Rom. 15. v. 4. 2. Timoth. 3. v. 16. parim ex ratione, quam paulo post adseremus, patet) ex scriptura prae ceteris illustrata sunt, I. incestuosi, I. Corinthis. 5.
v. 3. I. Hymenai: 111. Alexandri, 1. Timeiib. 1. v. 20. Ex historie ecclesiastica, duorum Imperatorum, Theodosij 1. ab Ambroso excommunicati: (vide Theodoretum lib. 5. c. 17. Sozom. 1. 7. c. 24. Niceph. lib. 12. cap. 40. 41.) Arcadij cum conjugi Eudoxia ab innocentio episcopo Romano ejeciti, (vide Nicephorum lib. 13. c. 34.) His adde exemplum cuiusdam scribae, qui fuit servus Stilliconis Comitis, propter falsas epistolas ab Ambroso ex ecclesiae communione ejeciti. (vide Paulinum presbyterum, in vita Ambrosij, quæ ejus operibus praefixa est.) Denig. huc referenda sunt, quæ apud Tertull. in apolog. cap. 39. habentur, ubi ostendit, qui excommunicari olim soliti fuerunt, & à quibus: item apud Cyprianum, lib. 5. epist. 7. quæ est in recentiori editione Simonis Goulartij Silvanectini epist. 38. & in explicatione orat. Dominicæ, §. 13. ejusdem editionis, & alibi apud eundem autorem. (vide Jacobi Pamelij & Goulartij annotationes in epist. 38. ubi quæ ad hanc doctrinam & disciplinam ecclesiasticam, quæ tum viguit, illustrandam pertinent, invenies.)*

5. Ratio idem confirmat petita ex paribus causis utriusq; clavis, hoc modo: Clavis solventis usus, tam privatim apud singulos in specie, quam publicè ad mulcos sive omnes, in ecclesia particulari est hodie licitus, utilis & necessarius. E. & ligantis usus utraq; modo est hodie licitus, utilis & necessarius. Consequentia probatur ex eo, quod utraq; clavis æquè sit commendata ecclesie à Christo ad omnia tempora, & par sit utriusq; hodie non minus, quam olim, necessitas ac utilitas.

6. II. Q. An clavis ligantis usus, præcipue quod ad gradum ejus alterum, tempe excommunicationem attinet, hodie restituī possit? R. affirmamus, in eog, nobiscum consentiant pleriq; Calviniani: negat Aretius, qui non modo perquam arduum judicat, sed etiam impossibile presentibus moribus submittere colla ejusmodi disciplinæ. (Vide parte secunda problematum theologicorum, pag. 133. in doctrina de excommunicatione.)

7. Argumenta Aretius pro sua opinione septem afferit: quæ examinare operæ pretium videtur, imo summopere necessarium, vel propter honorem Salvatoris, quem mandasse ecclesie sue rem omnibus temporibus necessariam & utilam, & tamen aliquibus, etiam cum tranquilliora ejus sunt tempora, impossibilem, absurdum videtur: vel propter institutum nostrum, ne appareat

id ipsius cui quam imperitorum prorsus inutile, ut pote quod agat de negotio impossibili. Subirabentur eadem opera quedam fulcrum cordiae & negligencie plerorumq; in hac parte muneri sui non sat agentium: atq; usinam aliquid alacritatis & animi excitari bisce examinandi pefet, ad collapsam & jacentem disciplinam erigendam & instaurandam.

8. Prima ratio est talis: Res optima (excommunicatio) invisa & execrabilis est redditu pessimo abuso Papistico. E. restitui nequit. R. Major omissa, in qua latet probatio consequentie, negatur. non enim omne, quod invisum & execrabile redditum est abuso aliquo, id propterea restitui nequit: exemplis usus clavis solvens legitimus, & verbo Dei conformis, tam in genere, quam in specie, hoc ea, doctrinae Evangelicae de justificatione gratuita praedicatione publica & privata in absolutione, cui admonitiones de vero legi usus adjungi solent. Difficile quidem repurgationis & reformationis principium esse concedimus, non tamen prorsus impossibile: id quod palam est ex restitutione purioris doctrine, veti cultus Dei tam interni quam externi &c. quae non minus invisa erant facta & execrabilia, per tyrannidem Pontificiam, in plerorumq; cordibus, atq; hæc discipline ecclesiastica pars.

9. Secunda: Paucis res illa tutò committi non potest. E. restitui nequit. Antecedens ita probatur: Siquidem praetextu pietatis luunt alijs panes ob privata odis aut dogmata, vel talia: quod ostenditur alterius ex historia Pontificum Romanorum, qui hoc excommunicationis medio, (quod primum in episcopos emulos, mox in Imperatores direxerunt,) ad primatum per venerunt. E. non facile potest restituiri sine periculo abusus. R. 1. Negatur consequentia, que falsis praesuppositis laborat, quasi disciplina ecclesiastica, cuius pars est excommunicatione, simpliciter soli arbitrio paucorum committenda statueretur, nec essent remedia contra abuientes ejusdem potestate: cum tamen secundum certas leges administranda commendari soleat & debeat ejus praesidibus & custodiis, nempe ministris verbi atq; Consistorialibus: & remedium appellationu vel ad magistratum, vel ad synodum, ubi ejus copia haberi posset, atq; ad judicia piorum, non desit ijs, qui gravari sibi videntur publica aliqua consistorij aut presbyterij sententia. R. 2. Antecedens negatur, quod est falsum, in modo blasphemum; (iudicio Zanchii in Miscellaneis, parte secunda pag. 223.) in Christum, quasi imprudentis fuerit: cum eam instituit, nec periculum hoc præviderit. (vide eundem Zanchium lib. I. epistolârum, pag. 169.)

10. Tertia: Magistratus politicus non admittit hoc iugum, quia licentiam amat, & timeri suo honori & eminentiae; & qui p̄i sunt, suspectum habens

Benti hoc uomer, (excommunicationū) ne irrepat in subsellia senatoria. R. non potest restituui. R. ad antecedentis priorem partem per distinctionem inter magistratum vere pius, & inter hypocritam aut palam impium: de hoc verius esse concedimus, non de illo, ut constat ex Theodosij & aliorum piorum magistrorum exemplo: nego hoc nostro seculo, licet rarior in magistratibus pietas, non tamen prorsus emortua: atq; utinam essent hodie Ambrosij, non deforent Theodosij. Ad posteriorē partem itidem per distinctionem rei sive ius legitimū & abusus, tollatur abusus, ejusq; metus, positū sive latuū legib; justū, & maneat res ejusq; usus legitimus.

11. Quarta: Ministru ipsiū effet intolerabilis. E. restituui nequit. Antecedens probat: Si enim excommunicandi essent ebrii, adulteri, blasphemii, &c. bona pars ministrorum effet excommunicanda: nam illi sceleribus & gravioribus infectum est ministerium. R. 1. ad maiorem omisionem per distinctionem iuri & facti sive potius placiti hominum malorum. Si secundum hoc agendum effet, & pleriq; ministri effent tales, quales perhibentur ab Aretio; difficultus for et restitutio. At non hoc: quia iure, non placito hominum malorum, reformatio ecclie est inservienda. E. nec illud. R. 2. ad antecedens entymematis, sive ad assumptionem integrī syllagismi, per distinctionem: de malis conceditur, non de bonis. R. 3. ad probationem ejusdem partim inficiando de præcipuis: partim negando consequentiam, que nititur falso præsupposito, quasi in ministru solū aut præcipue positum sit restituere excommunicationem: quod est in eorum præcipuis, & in principiis, eorumq; consiliariis. quid? quod mali & desperati possunt primi deponi, & meliores in eorum locum surrogari.

12. Quinta: Si apud populum res sit peragenda (b. e. ex populo quidam admittendi sint ad presbyterium) habebit peccator patrones, qui in gratiam personæ palliant vitia, excusabunt, bonam partem suffragijs facile superabit. Vulgus enim & plebs dissolutior, major ejus pars corruptissima est. E. non potest his moribus restituui. R. est fallacia consequentie partim ex particulari, partim ex præsupposto falso. quidam, imò pleriq; ex populo sunt dissoluti: E. nulli in eo boni, aptiq; ad hoc judicium: quod est inconsequens. Deinde, populus non solam præsidebit, sed imprimit ex ministris & ex magistratu sive pollici aliqui. itaq; solus non potest obstat & impedire restitucionem.

13. Sexta, ab experientia, & exemplis eorum, qui idem conati, cum riso desistere, aut quibus pessimè cessit. E. idem metuendum est alijs. R. est elenchus ex particulari. Bonum opus quod semel, iterum, aut aliquoties tentatum infeliciter cessit, id pro desperato idcirco non est habendum. Exemplo est

Lutheri reformatio, cui similem ante eum tentarunt, sed successu non æquæ felicitati: & cum ipse eam aggredetur, quamvis futurorum ignarus, prepositis iherosolimis de indulgentijs, à quibus initium reformationis factum est, easq; paucis ante mortem diebus accepisset Albertus Crantzius, olim bujus Academie professor, qui tum in patria Hamburgi agricola decumbebat, dixisse fertur, O frater, abi in cellam tuam, & dic, Misere mei Deus. (Chyträus in Chronico, pag. 223.) Idem proculdubio fuit judicium aliorum, & quidem istius temporis sapientissimorum.

14. Septima: Non posse sine maximo malo, nempe schismati, instituti restitutio hujus disciplinæ ecclesiastice. E. omittenda plane. Antecedens probat auctoritate Augustini, qui lib. 3. contra epist. Partheniani cap. 2. iudicat esse non instituendam, ut magis periculum sit inde metuendum. R. 1. Antecedens redarguit experientia, que testatur citra schismati periculum sive restitutam in nonnullis ecclesijs. (Petrus Martyr L. C. Tom. 1. classe 4. loco 5. §. 14. assert instantiam ex Nycæna Synodo, quæ excommunicavit Arium, ejusq; sectatores: cum quibus ferè totus orbis orientalis faciebat. vide ibidem alia contra opinionem de impossibilitate.) R. 2. Antecedentis probatio est aliena. loquitur ibi August. de repurgatione ea, quam urgebant Donatistæ, similes nostræ Anabaptistæ, qui volunt ecclesiam ita repurgari, ut nulli in ea etiam occulte mali & hypocrita relinquantur. quod est vel impossible vel certe, si possibile, (quod non putamus) admodum periculum. Nós autem de alta reformatione & restituzione disciplinæ ecclesiastice agimus, quæ tantummodo palam malos & contumacessivos impunitentes coercent suspensione à sacramentis, aut excommunicatione. (Martyr loco paulo antea allegato, §. 13. ait, Iste Augustini timor nimius videtur: quasi debeamus verbum Dei relinquere, ut schismata & tumultus vitentur.

15. Inst. 1. Oportet omnia ad edificationem fieri in eccllesia. 1. Cor. 14. v. 26. E. & hac disciplina excommunicationis in primis hunc scopum debet resuere. R. concedo totum: excommunicationem vero & suspensionem à causa non pugnare cum hoc fine, alibi explicatur uberiorius: hic satis esse putamus, si distinctione quadam & similitudine, quod volumus, adumbremus. Plantatio per se facit ad fructificationem & edificationem, extirpatio & removit inutilium per consequens: quia extirpata non amplius obstant fructificationi sive edificationi.

16. Inst. 2. Qui contrarium sentiant, & putant excommunicationem etiam:

etiam hū moribus ad cōdificationem facere, illi non sunt experti tales motus, quales Augustinus cum Donatistis, Manichaeis, alijsq;. E. non facile admittenda est eorum sententia. R. Propositionis emissæ consequentia vel negari vel inverti p̄petuit, non enim omnius illorum consilia sp̄ernenda aut negligenda, quantumvis ad cōdificationem ecclesiæ directa, qui similes moris illi, quos Augustinus sentit, non sunt experti: & ea tempora, qualia sunt hīc nostra per Dei gratiam, videntur ad hanc disciplinam restaurandam accommodata illis, in quibus ecclesiæ orthodoxæ habuit negotium cum Donatistis, Manichaeis, & alijs.

17. Inst. 3. Non est vox prudentis hominū illa: Satius est habere minores ecclesiæ, quam tam amplas, easq; contaminatas, & undiq; pollutas. (Vox hīc est P. Martyris, loco ante non semel citato, §. 13.) Imo satius est, inquit Aretius, habere amplas ecclesiæ, ut ut contaminatas, quam nullas ex ampliis non statim sunt nullæ, sed ex parvis nullæ mox sunt. quod probat exemplo orientalium ecclesiæ corruptarum: quas excommunicavit Papa: quod existimaret satius amplam fore ecclesiam in Europa, si maximè Asia, utpote corrupta, ecclesiā excluderetur. R. 1. ad antecedens per dist. contaminationis, alia est ex infirmitate, alia ex malitia: de illa concedimus, de hac negamus. R. 2. Prosylogismus antecedentis negatur: non enim ex ampliis contaminatis sunt nullæ, si repurgentur, sed minores quedammodo, quod ad speciem extēnam, & puriores, quod ad rem: imo etiam hoc respectu ampliores, dum caverter per clavem ligantem & disciplinam ecclesiæ sciam, ne ipsa ovic aberrans peccat, & ne ejus exemplo plures aberrent, aut, ut loquuntur Apostolus, ne paulum fermenti totam massam fermentent, 1. Cor. 5. v. 6. (Vide Beza de presbyt. & excommunicat. pag. 35.) R. 3. Episylogismus, desumptus ab exemplo Pontificiae excommunicationis, est alienus dupli de causa: tractat enim de illegitima, & quidem totius ecclesiæ, excommunicatione, ex causa iusta, quod Papam nollet agnoscere caput Ecclesiæ: (Vide Aretium ipsum parte prima problematum, loco X X. qui agit de primatu; ubi pag. 229. assertit, regnandi libidinem, sive contentiones de primatu, destruxisse ecclesiæ in Asia, Africa, & in multis Europæ partibus.) hic verò agitur de legitima quotundam membrorum contaminatorum & impénitentium, ex iusta causa.

18. Inst. 4. Non desunt interim remedii: 1. magistratus coeret paenitentiros. 2. ecclesiæ reformatæ habent sua confistoria. 3. ministri quotidie denunciant generalem excommunicationis formulam. 4. prius relictus est gemitus & suffixia. R. Primum remedium non sufficit solum: maleos enim peccati-

stares, v. g. ebriosos, decoctores, invidos, odia aentes, & similes, magistrorum
panis non coeret: & quos pena afficit, sive corporis, sive pecuniaria, illi saepe
non sunt meliores, sed peiores. adde, quod facinorosus peccavit anima & corpore:
hujus vero panam solummodo infligere potest magistratus: illum quae sit, docere,
& pro ratione sui officij denunciare & infligere minister ecclesie potest & de-
bet, ut spiritus salvus fiat. 1. Cor. 5. v. 5. (Vide Calvinum lib. 4. Inst. c. II.
§. 3. Martyr. T. 3. L. C. col. 151. Zanch. parte 2. Miscell. pag. 223.)
Secundum invertitur, nam ubi sunt consistoria, ibi debent exercere, quae sunt
consistorij: inter quae unum est hoc caput de excommunicatione. Tertium &
quartum per se sunt insufficientia.

19. III. Q. Quis modus clavis ligantis usurpandi in ecclesia
sit legitimus? R. Modi appellatione comprehenduntur principiæ
quatuor: 1. qui habeant ejus exercenda potestatem. 2. contra
quos. 3. ob quas causas. 4. ratio, qua uti debent in usurpando.
haec quatuor ubi concurrunt juxta scripturam, ibi modum legitimum esse sta-
tuimus. De singulis ordine dicemus.

20. Potestas itaq; clavium, quod ad jus & possessionem, est totius ecclesia,
cui ipse datæ sunt, Matth. 16. v. 19. & 18. v. 19. 20: exercitum vero & admi-
nistrationem earum ipsa commisit suis ministris, qui clave ligante non minus
quam solvente utendi potestatem habent, sed secundum ejus gradus differentem.

21. Singuli enim pastores suspendere à sacramento cena possunt, cum man-
datum habeant monendi unumquemque suorum auditorum peccantem Ezech. 3.
v. 17. 18. & 20. attendendi sibi & gregi, in quo eos constituit Spiritus S. episo-
pos ad pascendam ecclesiam Dei, Act. 20. v. 28. & videndi, ne dent sanctum ca-
nibus, Matth. 7. v. 6. excommunicandi vero solum presbyterium sive consisto-
rium, quod representet totam ecclesiam, Matth. 18. v. 17. 18. 1. Cor. 5. v. 4.
2. Cor. 2. v. 6. quæ & ipsa sit conscientia, & tacita subscribat latæ sententie.
1. Cor. 5. v. 5.

22. Quinam vero ligandi sint, explicari non potest, nisi consideratio
similis clavis ligantis gradibus. Priori, quam suspensionem sive excommunica-
tionem minorem vocant, ligandi sunt indigni, 1. Corintio. 11. v. 29. Indignitas
haec aut est in mente ruditas sive ignorantia fundamentorum doctrinae Christia-
nae, error & dubitatio in ipsis, & circa contumaciam tamen & pertinaciam ma-
nifestam: in voluntate & corde securitas carnalis, vere contritionis & fidei de-
fectus, implacabilitas reconciliarii offenso recusans, & similia.

23. Posteriori qui ligandi sunt, in genere statui possunt omnes & singuli im-
paue-

penitentes, quorum sunt ecclesie militanti membra, de quorum in peccatis
perseverantia certò constat: sicut omnes & singuli in ecclesia militanti degen-
tes solvendi sunt, eis remissio peccatorum cum communione & publicè, ruma-
sigillatim & privatim est annuncienda, qui respicunt, suaque resipiscientia
signa ostendunt.

24. Ex dictis constat, i. ligandum debere esse membrum ecclesie militan-
tis, sive fratrem, Matth. 18. v. 15. i. Cor. 5. v. 1. 2. & v. 11. 12. 2. Thess. 3. v. 6.
& v. 11. & 14. & proinde adhuc in viris existere, & in particulari quadam ec-
clesia, ex qua immediate sit excommunicandus, sicut mediata ex universali,
versari: deniq; notum esse oportere, tūm quod ad personam, tūm quod ad reatum
sive causam ejactionis aut suspensionis: quae omnia necessaria cognoscuntur sunt, ut
rectius in specie dijudicari possit, quinam ligandi sunt. horum enim sive ignora-
tione sive neglegctione & olim fuit peccatum, & hodie peccari potest, si vel in
ignorantes & incertos, vel in alterius ecclesie particularis membra, vel in inno-
centes, vel in mortuos excommunicationis fulmen dirigatur.

25. Causæ excommunicationis externæ & visibili, (que tamen in usu
legitimo nunquam sejuncta est ab interna, occulta & invisibili, ut Lutherus eam
appellat T. 4. lat. lenensi super caput 3. locis pag. 802. a.) constitui possunt vel
mediata, vel immediata. Mediata, qua & remota dicuntur, sunt omnia
peccata graviora & publica: i. Cor. 5. v. 11. cap. 6. v. 9. 10. Gal. 5. v. 19. 20. 21.
2. Thess. 3. v. 6. & 14. immediata & proxima est unica, nimisrum impuniten-
tia, Matth. 18. v. 17.

26. Graviora que appellantur, partim ex opposita leviorum natura, par-
tim ex synonymis sive equipollentibus terminis patescunt. Leviora communi &
recepta significacione discuntur ex causa, que esse solet ignorantia non affectata
error mentis, infirmitas voluntatis, affectuum praecoccupatio & similia in ijs, qui
alias pietatis & justitiae studiosi sunt: vulgoq; appellantur naevi, infirmitates,
peccata venialia & non regnania. Graviora econtraario nominantur, que à
scientibus & volentibus, ex proposito destinatae malitia sunt: & alias nomi-
nantur scelera & flagitia: item regnania & mortalia peccata.

27. Publica & nota intelligimus, que notorietate vel juris vel facti sunt
manifesta: quorum illa ita appellantur, quod ea in judicio publico vel ipse au-
tor sponte confessus est, vel quod eorum convictus est ibidem sufficientibus alio-
rum testimonij: hæc vero, quod autor eorum in ipso opere & facto deprehensus
ita palam notus est, ut reatum negare non possit. Privata & occulta hæc oppo-
sa que vocentur, ex contrario liquet, nempe que dum sunt, aut nullum aut-

anum:

rum alterumve testem habent, postea rumore, qui sepe fallit, & sermone: malorum disseminantur: que hoc respectu etiam quasi publica nominari possunt, quando nimis de facto constat, sed autem ejus ignoratur.

28. Ratio & forma ligandi considerari potest, vel in se suisq; circumstan-
tibus, vel in instrumento, quo peragitur, nempe ligationis formula. In se consid-
erata, est ipsa ligandorum constrictio: que pro diversitate graduum diversa ra-
tione peragitur. qui enim a communione Cœnæ reiciuntur, quia ut fratres ad-
huc 2. Thes. 3. v. 15. sed indigni 1. Cor. 11. v. 27. monentur & abstinere suben-
tut, (unde olim Abstenti nominabantur, Cyprian. l. 5. ep. 7. & in orat. Dom.
quarta petit. S. 13.) ne ut canes sanctum, & ut porci margaritas accipiant, ad
suum judicium 1. Cor. 11. v. 27. 29. & ad aliorum scandalum, & ignominiam,
ibid. c. 5. v. 6. 6. 8. v. 9. & seqq. lenius & moderatius cum his agendum est,
Gal. 6. v. 1. qui vero a communione ecclesie prorsus eiciuntur, sive ad tempus,
sive in perpetuum, 1. Cor. 16. v. 22. quia non amplius pro fratribus, sed ut eth-
nici & publicani habendi Matth. 18. v. 17. imo Sarthana tradendi, 1. Cor. 5. v. 5.
1. Tim. 1. 20. severius & acrius cum eis agendum est.

29. Circumstantie huius ligationi, praeter explicatas, connexæ sunt duæ:
tempus & locus. Tempus, quod priori gradui usurpando conveniens & iustum
videtur, est quo indignatio (que consistit in defectu veræ fidei) signa manifesta
apparent: sive quod ad essentiam, h.e. notitiam, assensum, & fiduciam, sive quod
ad effectum, nempe subsequentia bona opera & officia vocationis cum communio
omnium Christianorum, tum singulari cuiusq; in suo statu, ecclesiastico, politico
aut economico. De his igitur defectibus & peccatis omissionis admoniti quan-
do emendationem vel non promittunt, vel promissam non præstant, arcendi ab
usu cœnæ Dominicæ erunt.

30. Quando vero in peccatis commissionis, que vocantur, & quidem gravi-
oribus & publicis reprehensu quicquam fuerit, & de seria paenitentia & reconcili-
atione cum Deo atq; ecclesia monitus contumacem & impudentiem se exhibe-
uerit, etsi excommunicationis fulmen in eum vibrari posse, tutius tamen esse
statim, si ante aliquoties moneatur, lenioraq; remedia isti contumacie mol-
lienda adhibeantur, quam ad hoc severum & acre descendatur. Ad quam sen-
tentiam confirmandam, quod ali adferunt, partim ex scriptura 2. Cor. 13. v. 1.
Tit. 3. v. 10. parim ex antiquitate, que in publica ligatione tres gradus obser-
vârunt: & primò dissimulata peccati specie & peccanti nomine, publicis preci-
bus excommunicandum, comiendarunt: deinde interjectio aliquot diebus idem
fecerunt,

Fecerit, expresso peccato, sed auctoris nomine tacito: deniq; facinore & facinoro nominatim designato, conceptis verbis impudentem excommunicarit.

31. *Locus priori gradus exercendo nullus in scriptura definitus est: ideoq; sive domi, sive in templo administretur, nihil interest: secundum praxim tamen & consuetudinem nostrarum ecclesiarum rectius in loco, ubi constantes audiuntur, quam alibi, usurpatur: ubi autem posterior gradus exerceri debeat, manifestum est ex 1. Cor. 5. v. 4. id quod etiam ratio confirmat ex superiori dicta petita, quando de instrumentalibus causa hujus porestatis agebamus, ubi ita eam exerceri & administrari debere a presbyterio diximus, ut tamen conscientia sit & tacita subscribat ecclesia reliqua.*

32. *Formulam orationis, qua vel suspensionem vel excommunicationem administratur in promulgatione hujus & abstensione illius utatur, certam scriptura in specie non prescribit: formari autem ex generalibus, que in ea habentur, potest: & existant quedam cum in historia ecclesiastica, tum in agendis Consistorialibus: quo lectorem remittimus. Nos hic concludimus, Deum supplicibus votis venerantes & rogantes, ut, quas ecclesiae sue dedit claves, earum recte usurpandarum rationem in verbo divino prescriptam quo fideliter sequantur & obseruent ministri, eosdem instruat sapientia & prudentia, corroboret vera fortitudine & magnanimitate, alijsq; virtutibus necessarijs, quibus donati ut antea accepta potestate, ad gloriam nominis divini & salutem hominum, Amen.*

Appendix problematum, de quibus conferre volentibus etiam disquirere licebit.

I.

An pastori, collegâ destituto, liceat seipsum absolvire? R. dicit.

II.

An laico in extrema necessitate concessum sit petenti annunciare peccatorum remissionem? R. aff.

D

An

III.

An alterius parochiæ aliquem, sive vicinum, sive prorsus peregrinum, liceat absolvere? R. Dist.

IV.

An relabentes ad eadem peccata absolvendi sinec? R. per dist. inter infirmit. & malitiam.

V.

An unquam absolutio possit ab hypocrita & impoenitente per dolum & fraudem furtive Confessionario subduci? R. Neg.

VI.

An anathema dicendum cuiquam manifeste hæretico, an verò tantum hæresi? Resp. affirmamus contra negantem Chrysost. qui peculiarem de hoc argumento homiliam conscripsit: vide Zepperum lib. i. de polit. eccl. cap. 20. Eadem seorsim edita est à D. Peiargo, & annexa responioni ad D. Cramer quæstiones duas. Nobiscum sentit P. Martyr, T. i. L. C. classe loco 5. §. 7.

VII.

An vera excommunicatio aliá sit bona, alia mala? Resp. affirmat Aretius part. 2. problem. pag. 122. nos negamus.

VIII.

An semper præcedere suspensionem à Cæna debeat privata admonitio? R. neg.

IX.

An nomen & doctrina defunctorum excommunicari possit? Resp. affirmat Danæus pag. 399. in comment. i. Tim. 5. & in Isagoge Christ. parte 3. lib. 4: nos negamus, qui tamen, errores mortuorum pariter & vivorum redargui & damnari posse & debere, concedimus.

X.

An cædem causa excommunicationis, quæ olim mor-


mortis in V. T. ? Resp. affirmare id videtur August. T. 4.
lib. 5. quæst. V. T. q. 29. in Deuteron. nos negamus.

XI.

An excommunicatio vera & legitima excludat tan-
tum ab externo consortio fidelium, non à DЕo? Resp.
affirmat Aret. part. 2. probl. pag. 127. nos neg. & con-
sentient nobiscum Calvinus lib. 4. Inst. cap. 12. §. 9. Be-
za in epist. 10. p. 89. & in tractatu de presbyterio & ex-
com. pag. 8. Zanchius in exposit. quarti præcepti, pag.
684. & seq. Idem verò ibidem pag. 688. ait: Ecclesia
non separat nisi ab externa communione; quæ male con-
sentient cum antè dictis.

XII.

An totaliter à DЕo excludat excommunicatio? R.
affirmamus, negat Zanch. ibid. pag. 688. & eum eo aliij
eiusdem confessionis consortes,



Theodoreetus lib. 5. historiæ ecclesiasticæ
cap. 17. circa finem, de Theodosio Imperato-
re, & de Ambrosio episcopo Me-
diolanensi:

T' Antis & tam eximijs virtutis ornamen-
tis enituit tum episcopus, tum Imperator.
Vtrumq; enim admiror: alterum propter in-
genuam loquendi libertatem, alterum propter
facilem obedientiam: & illum propter divini
zeli ardorem, hunc autem propter sinceram

D 2 fidem.

fidem. Imperator autem pietatis precepta,
qua ab illustri illo episcopo didicerat, etiam cum
revertisset Constantinopolin, observavit. nam
cum divino quodam festo ad templum denuò
veniret, statim ut dona sacra mensa obtulerat,
exivit. Atq; cum Nectarius, quid temporis
illius ecclesia antistes fuit, rogaret, Cur non ma-
neret intus? gemens inquit: Aegrè tandem
didici, quid inter Imperatorem intersit, & e-
piscopum: ægrè tandem reperi veritatis ma-
gistrum. nam solum Ambrosium novi epi-
scopum, dignum eo nomine. Tantum com-
modi reprehensio, à viro virtute præstanti
adhibita, secum apportare solet.



mortis in V. T ? Resp. affirmare id videtur A
lib. 5. quæst. V. T. q. 29. in Deuteron. nos n

XI.

An excommunicatio vera & legitima
tum ab externo consortio fidelium, non à
affirmat Aret. part. 2. probl. pag. 127. nos
sentient nobiscum Calvinus lib. 4. Inst. cap
za in epist. 10. p. 89. & in tractatu de pres
com. pag. 8. Zanchius in exposit. quarti p
684. & seq. Idem verò ibidem pag. 688.
non separat nisi ab externa communione; c
sentient cum antè dictis.

XII.

An totaliter à DEo excludat excomm
affirmamus, negat Zanch. ibid. pag. 688.
ejusdem confessionis consortes,



Theodoreetus lib. 5. historiæ ecc
cap. 17. circa finem, de Theodosio Im
re, & de Ambrosio episcopo
diolanensi :

T Antis ē tam eximijs virtutis
tis enituit tum episcopus, tum
Verumq; enim admiror: alterum
genuam loquendi libertatem, alter
facilem obedientiam: ē illum pro
zeli ardorem, hunc autem propter

D 2




Image Engineering Scan Reference Chart TE063 Serial No. [redacted]